



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 44. Gebhardus suo Archiepiscopatu in quodam Conventu dejectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

quem tamen quidam Colonienſes No-
biles ejus partibus addicti ſola-
bantur, eique animum reddere niſi,
ut illum ad novum facinus incitarent,
libellum porrigebant, quo religionis
libertatem juxta Auguſtanæ confefſio-
nis normam petebant, unde capta oc-
caſione Gebhardus, qui ejusdem erat
ſententiæ, decima ſexta Januarii ſcripto
publicato, & typis mandato declara-
bat, quod non ſolum tanquam Imperii
Electoꝝ de civili adminiſtratione, ſed
etiam utpote Archiepiſcopus de gloria
Dei promovenda ſollicitus eſſet, ſup-
plicibusque libellis ſuorum ſubditorum
Religionis libertatem juxta imperii le-
ges depoſcentium acquieſcere decre-
viſſet: proinde a ſe Præſectis, ac Magi-
ſtratibus cunctis ſuæ ditionis enixe in-
hiberi dicebat, ne cui Religionis cauſa
moleſtiam faceſſant.

§. XLIV.

*Gebhardus ſuo Archiepiſcopatu in
quodam Conventu dejectus.*

Verum Capitulum nova hac temeri-
tate magis exacerbatum ad diem
vigefimam octavam Januarii comitia
ſolemni ritu indixit, ut hæc mala ad-
huc in ſuis incunabulis opportuno re-
medio extinqueret: igitur conventus a-
gitur in Fratrum Prædicatorum mona-
ſterio,

Sæcul. XVI.
A.C. 1583.

Thuan. l. c.
Spond. n. 5.
Iſſelt. l. c.

Sæcul. XVI

A.C. 1583

sterio, quem plures Comites, Proceresque unacum Cæsaris, Hispaniæ Regis, Cliviensis Ducis, Imperii Principibus, atque Electoratus Urbium Deputatis accesserunt: præprimis vero ibidem plura accusationum capita adversus Truchesium proponebantur, ac præcipue ei objiciebatur, quod gazam omnem Diæcesis suæ diripuisset, novam Religionem professus esset, ejusque libertatem subditis suis permisisset, ac denique de matrimonio contrahendo fidem suam obstrinxisset: præterea accusabatur, quod cum Andegaveni, ceterisque Belgii perduellibus occulta consilia iniisset, externosque consiliarios in ditionem suam introducere statuisset, ac Coloniam Trajanam nuper præsidio externo munivisset. His de causis, aliisque ejus Capitulo probe cognitis decidebatur, quod Comites, nobiles, ac civitates ejus Diæcesi subditæ minime Sacramento ipsi præstito tenerentur, sed juxta patriæ leges se cum Collegio conjungere, eique parere deberent: ad hæc pacis Augustanæ caput urgebatur, quo decretum fuit, quod tunc, si quis Archiepiscopus, Episcopus, Antistes, aut alius ordinis sacri a veteri Religione deficiat, is continuo de jure omnium ad dignitatem suam, simulque omnibus fructibus, quos inde percepit, excidat.

cidat, & Collegio, sive iis, ad quos Sæc. XVII.
A.C. 1583.
ea res jure, vel consuetudine pertinet,
in ejus locum alium eligere, ac consti-
tuere fas sit.

Hæc decisio unanimi suffragio ap-
probabatur, lubenti animo etiam con-
sistentibus Cæsaris Oratoribus: inde
vero hujus Archiepiscopi fautores gravi
terrore percellabantur.

§. XLV.

*Gebhardus publice sacrilegas suas nu-
ptias cum Agnete celebrans.*

Postquam Malaspina summi Pontificis Thuan. l. 78.
Nuntius die trigesima prima ejus-
dem Mensis Coloniam veniens fidem
fecerat, quod Cardinalis Legatus a
Sanctitate sua decretus brevi adventu-
rus esset, novus Conventus die prima
Februarii habebatur, atque omnes tres
Provinciæ Ordines contra Truchsesium
promulgabant edictum, quo ipsum plene
convictum declarabant, ab ipso in Im-
perio seditiosos motus excitatum iri:
itaque Senatus Fridericum Saxonem
Lovenburgicum Colonix Canonicum
nominat, ut cum exercitu in hunc
Præfulem moveret, arcesque ab eo
inique usurpatas recuperaret. Tum
Gebhardus angustiis undique pressus,
prædationibus inhiat, ac vindictæ libi-
dine incensus Syngraphas, diplomata,
ac